

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae III.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

eius, ad quem scribitur, spem, vel ad leniendum dolorem valere plurimum solet. *Ceteris rebus*, dixit, non quaecumque ad Lentulum, sed iis, quae ad regis reductionem pertinere viderentur.

Cura, opera, diligentia, gratia]

Quia neque cura sine opera, nec opera sine diligentia sufficit, ideo coniungit haec tria. rursus, quod haec simul omnia, nisi accedat gratia, valde non proficiunt; gratiam adiungit: aequae ac si dicat: *quicquid gratia valebo, valebo tibi.*

EPISTOLAE III. ARGVMENTVM.

Commendaticiae litterae pertinent ad morale genus. non enim a gesta, gerendaue res sumitur argumentum; sed ea scribuntur, quae magna ex parte suadet humanitas, quaeque in commendando plurimum habere ponderis existimamus. Perfecta autem commendatio tribus fere constat partibus. nam et amicitia cum eo, qui commendatur, et rei aequitas, et studium nostrum ostenditur. Hic amicitia cum Trebonio declaratur in eo loco: multos annos vtor valde familiariter: rei aequitas in eo: quae T. Ampius de eius re decreuit: studium commendantis in clausula: vt intelligat, meam commendationem non vulgarem fuisse.

EXPLANATIO.

A. Trebonio] Non dubito, quin fuerit equestris ordinis. nam negotiari senatoribus non modo turpe fuit, verum etiam veteri lege non licuit. Liuius lib. 21. c. 63. **Q.** Claudius tribunus plebis aduersus senatum, vno Patrum adiuvante C. Flaminio, tulerat, ne quis senator, cuius senator pater fuisset, maritimam nauem, quae plus, quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vestandos. Praeterea, splendoris mentio pertinere ad equitem videtur.

Prouincia] Cilicia.

Magna] lure igitur a me commendatur.

Ampla] Multis in locis: nam, si vno loco essent, minus esset necessaria commendatio. Saepe ad rei magnitudinem additur ampli-

tudo, vt lib. 6. epist. 7. *Quamquam id magnum et amplum est.* Lib. 1. de Inuent. c. 5. *Magna et ampla pars.* Pro Sextio c. 2. *Non aggrediar ad illa maxima atque amplissima.*

Expedita] Impedita enim, ne tibi molestiam asserrem, haud libenter tibi commendarem.

Multos annos vtor valde familiariter] Vtus commendationis est causa. quo enim vtimur, eum commendare debemus: sed, si hoc accedit, vt et multos annos, et valde familiariter vtamur; officio non solum iusto, verum etiam prope necessario ad commendandum impellimur.

Suo splendore] Saepe splendorem Cicero tribuit equitibus Romanis, vt lib. 12. epist. 26. *Magnam ex eorum splendore et obseruantia*

vantia capies voluptatem. et epist. 27. eiusdem libri: *Sex. Aufidius splendore equiti Romano nemini cedit.* In orat. pro Roscio Amer. c. 48. *equestrem splendorem* nominat. Est autem *splendor* in equite, dignitas non ex aliquo magistratu parta, sed ex ipso ordine, qui fuit in ciuitate honestissimus. probatur ipso interprete Cicerone: cuius haec sunt in orat. pro Coelio c. 2. *Obiectus est pater varie, quod aut parum splendidus ipse, aut parum pie tractatus a filio diceretur.* De dignitate, *Coelius* notis ac maioribus natu, etiam sine mea oratione, tacitus, facile ipse respondet. De dignitate dixit, cum ad illud, *parum splendidus*, responderet. ex quo apparet, splendorem, et dignitatem in equite idem esse.

Ceterorum] Bonus igitur vir, qui abundet amicis.

Gratiosissimus ERN. *Gratiosissimus in prouincia fuit*] Ne me putes ignotum hominem tibi commendare. Malim, *gratiosissimus*: cum sequatur, *se apud te gratiosum fore*: nec omnino loquendi modus placeat, *gratum esse aliquem in prouincia*. significat autem, apud eos potius, qui prouinciae praefuerunt, *gratiosissimum fuisse*, quam apud prouinciales, priuatique iuris homines.

Tuum in me amorem] Omnibus notissimum et beneficii tui magnitudine, et nouitate meorum temporum.

Nostramque necessitudinem] Mutuus amor ostenditur, nec sine causa. hoc enim significat: quia tu me amas, Trebonius futurum sperat, ut id, quod cupio, consequar: quia vero ego te vicissim amo, dignum

esse me, qui hoc impetrem, arbitratur.

Libertos, procuratores, familiam] Apparet, id quod Cicero dixit, magna fuisse, et ampla Trebonii negotia: cum ea liberti, procuratores, serui tractarent. sic lib. 12. epist. 29. *Tantum velim existimes, si negotia Lamiae, procuratores, libertos, familiam quibuscumque rebus opus erit, defenderis, etc.* Liberti, ut meliore, quam serui, iure sunt, cum ciuitatem adipiscantur; sic deteriore, quam ingenui, cum honores non capiant. sunt autem vel singulorum hominum, quibus antea seruiebant, vel societatum, vel fanorum, vel opidorum beneficio liberati. si singulorum, ab iis praenomen, et nomen sumebant, retento seruili nomine, quod post manumissionem tertio loco quasi cognomen ponebatur, ut *M. Tullius Tiro*: si societatum, earum nominibus utebantur, *Asiatici, Siculique liberti*, vocati: si fanorum, ab iis appellabantur, ut *Venerii, Mercuriales, Capitolini*: si opidorum, ab iis quoque, ut a *Fauentia Fauentini, a Reate Reatini*. Romae mos antiquus immutatus est: nam cum liberti Romani dicti essent, ad similitudinem libertorum municipalium, postea magistratus nomina, qui eos liberaret, acceperunt: in seruis tamen publicis, quae in libertis est amissa, vetus appellatio mansit: semper enim dicti sunt, publici serui Romani. Haec tota de re M. Varro, sed obscure satis, nos tamquam interpretes, quam planissime fieri potuit, eius doctrinam studuimus explicare. *Procuratores* vocat, vicarios iuris sui: *familiam*, seruos, ut in Bruto c. 22. *Cum in silua Sila fœsta cae-*
des